1524. d. 4. 8bris Ex Orig. Arch. Regni. 

80

Super centum sexagenas in villa Xiągiewicze inscriptio.

Janussius Dei gratia Dux Masoviae Russiae etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit, universis. Quia tenemur Generoso Petro Kopithowski Succamerario Czirnensi et Capitaneo Vissogradiensi, et apud eum pro nostra necessitate recepimus in mutuum centum sexagenas grossorum in mediis grossis. Quas quidem centum sexagenas ascribimus ei et adjungimus ad summas priores, quas habet in bonis nostris Xiągiewicze tenutae suae, quae quidem bona nostra villa Xiągiewicze idem Petrus Succamerarius tam in ipsa quam in principalibus summis cum eodem jure et proprietate tenebit et possidebit usque ad summarum principalium et praesentis plenariam simul et semel ac indivisim solutionem et repositionem. In cujus rei testimonium sigillum nostrum mediocre quo utimur, praesentibus est appensum. Datt Varschoviae d. 4. 8bris Anno Dni Millesimo quingentesimo vigesimo quarto

Albertus Popielski
Vice Cancellarius.

Ta Kopia przepisana z Oryginału pargaminowego, u którego wisi pieczęć na sznurze pargaminowey. d. 18. Mar. 1785.